

fol. 45 a. orem aut^b religiosum expo || liaverit, et mandaverit eum ad se venire episcopus^c, ut audiatur, et contempserit: invicem^d mox scripta percurrant per omnes provinciæ episcopos et quoscunque adire potuerint, ut excommunicatus habeatur, donec audiat et reddat aliena.

(3) Ut^a, si quis clericum verberaverit vel debilitaverit vel quaslibet in eum tales lesiones patnaverit^b: et canonice peniteat et ad legem emendet, iuxta quod in capitulari scriptum est.

(4) Si quis in atrio ecclesiæ pugnare incipit^a vel^b homicidium fecerit^c, quicquid pro immunitate violata emendandum est, altari^d solvatur, cuiuscumque fuerit ecclesia illa.

(5) Si quis in ecclesia clericum fuste vel^a gladio percusserit, ut sanguis^{b.1} vel de iactu^{c.2} sine effusione sanguinis^d: secundum^e quod in capitulari scriptum est, componatur, id est in triplo secundum suam compositionem.

(6) ¹Ut penitentia super homicidiis non diverse^a, ut prius, sed in episcopiis singulis uno more agatur. ²Hoc est: in primis peniteat in pane et aqua, qui sponte occidit hominem. ³Considerata vero persone qualitate vel infirmitate de pomis vel holeribus seu legumine^a, prout visum fuerit, ali^{||}quid pro misericordia indulgeatur, maxime si quis coactus vel^b non sponte homicidium fecit^c. ⁴Arma non ferat his diebus, equitare non permittatur, et cetera compleat ut moris est. ⁵Dehinc per totum annum abstineat a carne et vino, medone et mellita cervisa. ⁶Duobus sequentibus annis similiter, excepta dominica et qui in illa parrochia festi dies habentur. In his tamen, si carne vescitur, a ceteris abstineat. Si vino utitur vel medone, non vescatur carne, nisi licentiam forte acceperit, ut certo elemosinæ pretio et missarum numero diem redimat. ⁷Quatuor sequentibus annis tres in ebdomada ferias et tres in anno observet quadragesimas. ⁸Post annum ecclesiam ingredi permittatur, non tamen communicet. ⁹Post vii annos perfectionem consequatur. ¹⁰De his vero, qui inviti vel non sponte homicidia committunt, in arbitrio sit episcopi, qualiter et quamdiu peniteant, ¹¹sicut cuidam nuper contigit, qui non sponte filium suum interfecit.

fol. 45 b.

1) *exeat ins.* 2) iectu C¹, ictu scr.

2 (Reg. 2, 36). — b) quemlibet pauperiorem aut — *om.* c) mandaverit . . . episcopus — *episcopus mandaverit* . . . d) invicem — *in invicem.* 3 (Reg. 2, 35). — a) Ut — *om.* b) vel quaslibet in eum tales lesiones patnaverit — *aut in aliquo leserit.* 4 (Reg. 2, 37). — a) pugnare incipit — *pugnam committit.* b) vel — *aut.* c) fecerit — *facit.* d) altari — *altario.* 5 (Reg. 2, 38). — a) vel — *aut.* b) *exeat ins.* c) iactu — *ictu.* d) effusione sanguinis — *sanguinis effusione.* e) secundum — *iuxta.* 6¹ (Reg. 2, 6 rubr.) — a) diverse diverso more. 6³ (Reg. 2, 6 med.) — a) legumine — *leguminibus.* b) vel — *et.* c) fecit — *fecerit.*